

Wer viel Zeit hat bzw. viel üben und auch die Grundlagen wiederholen möchte, könnte zuerst – „zum Aufwärmen“ – die Aufgaben im „Ferienprogramm Grundstudium“ machen.

A. Latein-Deutsch

1. Informieren Sie sich über Nepos und die erhaltenen Viten.
2. Lesen Sie zweisprachig/ auf Deutsch die Hannibal-Vita. Informieren Sie sich vorher über Hannibal ...

Wenn Sie viel Zeit haben und zweisprachig lesen: Achten Sie besonders darauf, wie die Ablative übersetzt werden (und bestimmen Sie jeweils die Funktion des Ablativs).

3. Übersetzen Sie schriftlich (gründlich, langsam) folgende Passage:

(Hannibal spricht mit einem mächtigen König) „Pater meus“ inquit „Hamilcar puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens Carthagine Iovi optimo maximo hostias immolavit. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me, vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem atque ab eo petere coepissem, ne dubitaret ducere, tum ille “Faciám”, inquit “si mihi fidem, quam postulo, dederis.” Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque ceteris remotis tenentem iurare iussit numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego ius iurandum patri datum usque ad hanc aetatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat, quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. Quare, si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, si me celaris; cum quidem bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me in eo principem posueris.”

Hac igitur, qua diximus, aetate cum patre in Hispaniam profectus est. Cuius post obitum Hasdrubale imperatore suffecto equitatu omni praefuit. Hoc quoque interfecto exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum publice comprobatum est. Sic Hannibal minor V et XX annis natus imperator factus proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit; Saguntum, foederatam civitatem, vi expugnavit, tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis confligit: neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Graium transierat, quo facto is hodie saltus Graius appellatur,

Alpicos conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

B. Deutsch-Latein

1. Informieren Sie sich über Caesars *Bellum Civile* bzw. überlegen Sie, was Sie schon darüber wissen.
2. Analysieren Sie die Passage gründlich (jedes Wort, jeden Buchstaben!). Erklären Sie: Kasus (welcher, warum), Tempus, Modus, Pronomina, ..., Modus im Relativsatz, welches ut
3. Lernen Sie *alle* Vokabeln/Phrasen aus dieser Passage (alle, auch die, die Sie „eigentlich“ schon kennen).

Also: dimittere: Stammformen – consilium – consilium dimittere – contio: Genitiv, Genus, durchdeklinieren – advocare – miles: Genitiv, Genus, durchdeklinieren – contionem advocare – contionem militum advocare – etc.

Curio (steht auf Caesars Seite im Bürgerkrieg) hält eine Ansprache vor seinen Soldaten:

Dimisso consilio contionem advocat militum. Commemorat, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Caesar, ut magnam partem Italiae beneficio atque auctoritate eorum suam fecerit. “Vos enim vestrumque factum” inquit “omnia deinceps municipia sunt secuta, neque sine causa et Caesar amicissime de vobis et illi gravissime iudicaverunt. Pompeius enim nullo proelio pulsus vestri facti praeiudicio demotus Italia excessit; Caesar me, quem sibi carissimum habuit, provinciam Siciliam atque Africam, sine quibus urbem atque Italiam tueri non potest, vestrae fidei commisit. At sunt, qui vos hortentur, ut a nobis desciscatis.